Eodem die Dauidi seruatori domini Christoferi comitis de Frangepanibus Capitanei gencium cum victualibus ad Jayczam euntibus (*sic,*) qui venerat ad Regiam Maiestatem cum literis eiusdem domini Christoferi comitis, remisso cum relacione, pro expensis dedi fl. III.

Eodem die Petro Porkolab et Joanni Nagh seruatoribus Sebastiani Gelley Capitanei mille nazadistarum Regie Maiestatis in Waradinopetri seruiencium, qui venerant ad Regiam Maiestatem pro impetrandis seruiciis domini ipsorum, ut expectent relacionem, pro expensis dedi fl. II.

Eodem die Joanni Cupsa seruatori Joannis Horvath de

Zedlak Bani Jayczensis, qui venerat ad Regiam Maiestatem cum literis eiusdem Joannis Horwath et Jayczensium, ex parte viarum Jayczensium, quod victualia ad Jayczam cum magna vi imponi possunt, remisso cum relacione, pro expensis dedi fl. XII.

Eodem die emere feci unam ligaturam papiri, pro scribendis literis et regestris in factis Regie Maiestatis necessariis fl. II.

Eodem die ad manus Ladislai Dobrawyczky vicemagistri agazonum Regie Maiestatis, pro emendis auenis ad conservacionem equorum sue Maiestatis et prebendariorum eiusdem quartalibus trecentis et sexagintasex, singula quartalia per denarios sedecim computando, faciunt fl. LVIII. d. LVI.

(*Május 30.*)

Item feria tercia proxima ante festum penthecostes, Petro Zemere adolescenti Regie Maiestatis, ad rationem serviciorum suorum dati sunt fl. XX.

Eodem die subscriptis aulicis hungaris Regie Maiestatis, ad rationem serviciorum suorum distribute sunt pecunie modo subscripto :

- Ladislao Pesthieni fl. VI.
- Martino Horwath fl. VI.
- Blasio Borsway fl. VI.
- Marchinkoni fl. VI.
- Georgio Soldos fl. VI.
- Martino Rakolczy fl. VI.
- Oswaldo Janoky fl. VI.
- Ludouico Rakolczy fl. VI.
- Nicolao Heresthieny fl. VI.
- Petro Beney fl. VI.
- Joanni Waykowyth fl. VI.
- Stephano Korom fl. VI.
- Georgio Zerdahely fl. VI.
- Alberto Boltha fl. VI.

Eodem die Stephano Swanczar et Thome Zopka adolescentibus Regie Maiestatis, ad rationem serviciorum suorum dedi fl. III.

Eodem die Paulo rutheno Regie Maiestatis pro emendis scobis ad purgundas domos sue Maiestatis dedi fl. X.

Eodem die Nicolao seruitori Nicolai Gerendy, qui cum literis domini sui ex parte exaccionis quinquagesime Transsyluanensis ad Regiam Maiestatem venerat, remisso cum relacione, pro expensis dedi fl. VI.

Eodem die Nicolao Jeranth cubiculario Regie Maiestatis ad racionem seruiciorum suorum dati sunt fl. X.

Eodem die Sigismundo seruitori Gregorii Zalkowyth castellani castri Bwsan Oztrawycza, qui venerat ad Regiam Maiestatem pro impetrandis seruiciis domini sui, ut expectaret relacionem, pro expensis dedi fl. II.

*(Május 31.)*

Item feria quarta proxima ante festum penthecostes, begenis in Albaregali degentibus, iussu sue Maiestatis, pro elemosina dedi fl. II.

Eodem die Francisco Mosso lotori vestimentorum Regie Maiestatis, ad racionem seruiciorum suorum dedi fl. I.

Eodem die Sebastiano Gnobesthorff dapifero Regie Maiestatis ad racionem seruiciorum suorum dati sunt fl. X.

*(Június 1.)*

Item feria quinta proxima ante festum penthecostes, Nicolao literato seruitori nostro, obuiam peditum bohemorum, qui conducti sunt in auxilium Regni, ut citissime venire et festinare debeant, misso, pro expensis dedi fl. V.

*(Június. 2.)*

Item feria sexta proxima ante festum penthecostes, agazonibus et vectoribus curruum Regie Maiestatis, tam hungarum quam alemanis, ad usum ipsorum ad duas septimanas dati sunt fl. LXXVI.

Eodem die Petro Porkolab et Joanni Nagh seruitoribus Sebastiani Gellei Capitanei mille nazadistarum Regie Maiestatis in Waradinopetri seruicium, qui venerant ad Regiam Maiestatem pro impetrandis seruiciis domini ipsorum, ut expectent relacionem, pro expensis dedi fl. IIII.

Eodem die Nicolao Gothal seruatori Joannis Golech castellani castri Repach, qui venerat ad Regiam Maiestatem pro impetrandis seruiciis domini sui, ut expectet relacionem, pro expensis dedi fl. II.

Eodem die Luce Nesthe, Stephano Hewessy, Petro Rach waydis et aliis sociis ipsorum, nunciis mille nazadistarum Regie Maiestatis in Waradinopetri seruicium, qui venerant ad suam Maiestatem pro impetrandis seruiciis suis et nazadistarum, ut expectarent relacionem, pro expensis dedi fl. VI.

Eodem die Petro Haydu Capitaneo centum peditum Klysiensium et Gaspar Poynichyth iudici de Klyz, qui venerant ad Regiam Maiestatem pro impetrandis seruiciis eorumdem centum peditum, ut expectarent relacionem, pro expensis dedi fl. XII.

Eodem die Nicolao Gwberowyth seruatori Reuerendissimi domini Archiepiscopi Colocensis, medio cuius idem dominus Archiepiscopus certas literas Regie Maiestati et dominis miserat, remisso cum relacione, pro expensis dati sunt fl. X.

Eodem die Nicolao Dewregdy seruatori domini wayde Transsiluanensis, medio cuius idem dominus wayuoda, certas literas Regie Maiestati et dominis miserat, remisso cum relacione, pro expensis dedi fl. VI.

Eodem die magistro Alberto directori causarum Regie Maiestatis, ad racionem sallarii sui dati sunt fl. XXV.

Eodem die Ladislao Dobrawyczky vicemagistro agazonom Regie Maiestatis, pro emendis straminibus sub equis sue Maiestatis dedi fl. II.

Eodem die Nicolao Heresthieni aulico Regie Maiestatis ad racionem seruiciorum suorum dati sunt fl. IIII.

Eodem die Felici Lezeczky cubiculario Regie Maiestatis ad racionem seruiciorum suorum dati sunt fl. XX.

Eodem die Nicolao seruatori Michaelis Kwnowyth castellani castri de Batka, qui venerat ad Regiam Maiestatem pro impetrandis seruiciis domini sui, ut expectet relacionem, pro expensis dedi fl. I.

Eodem die Thome prybeko, qui venerat ad Regiam Maiestatem pro petendo subsidio a sua Maiestate, ut expectaret relacionem, pro expensis dati sunt fl. III.

## (Június 3.)

Item sabbato in profesto penthecostes, ad manus magistri Alberti rectoris Capelle Regie Maiestatis, pro emendis lucernis et candelis pro Capella sue Maiestatis, ac oleo oliue ad lampadem in eadem Capella continue ardentem dedi fl. II. d. LXV.

Eodem die ad manus Nicolai rutheni Regie Maiestatis, pro emendis lucernis et candelis paruis, pro domibus sue Maiestatis, ad unam septimanam dedi fl. II. d. LXXXIII.

## (Június 4.)

Item die dominico in festo penthecostes, Stephano Maylad dispensatori Regie Maiestatis, ad conseruacionem coquinarum sue Maiestatis dati sunt fl. CLXIII.

Eodem die Benedicto rutheno Regie Maiestatis ad usum suum dedi fl. I.

Eodem die duobus pauperibus Regie Maiestatis ad usum ipsorum dedi fl. I.

Eodem die Laurencio rutheno Regie Maiestatis ad conseruacionem auium sue Maiestatis dedi fl. I.

Eodem die scolaribus septem scolarum Regiam Maiestatem recordantibus, iussu sue Maiestatis, pro recordacione dedi fl. II.

Eodem die emere feci lucernas albas quatuor, singulas lucernas per florenum unum denarios decem et nouem computando, et dedi ad manus aprodianorum Regie Maiestatis, in magna missa coram sua Maiestate in manibus eorundem arsuras fl. IIII. d. LXXVI.

Eodem die cambire feci tres florenos aureos, singulos aureos per florenos duos cum medio computando, et misi ad manus Regie Maiestatis pro offertorio, et faciunt fl. VIII.

Eodem die Radych Bossyth Capitaneo mille nazadistarum Regie Maiestatis, qui venerat ad suam Maiestatem pro impetrandis seruiciis suis, ut expectet relacionem, pro expensis dati sunt fl. XX.

Eodem die ad manus Regie Maiestatis, medio Stanislai Swyhorzky adolescentis sue Maiestatis, misi fl. IIII.

Eodem die Joanni Chypsyth et Ladislao Wlathkowyth seruitoribus domini Joannis Torquati comitis Corbauie, alias Bani Regni Croacie, qui venerant ad Regiam Maiestatem, pro impetrandis sallariis domini ipsorum deseruitis, ut expectent relacionem, pro expensis dedi fl. XII.

Eodem die Magnifico domino Petro de Peren ad rationem sallarii sui, racione conseruacionis sancte corone, dati sunt fl. C.

Eodem die Matheo Keller citariste Regie Maiestatis, ad rationem seruiciorum suorum dedi d. XXV.

Eodem die ad manus Blasii viniferi Regie Maiestatis, pro emenda cereuisia ad mensam sue Maiestatis dedi fl. IIII.

Eodem die emere feci lucernas quatuor, tempore vesperarum, coram Regia Maiestate in manibus aprodianorum sue Maiestatis in Capella sue Maiestatis arsuras d. LXXX.

(*Június 5.*)

Item feria secunda proxima post festum penthecostes, Ladislao Sybryk seruitori Reuerendissimi domini Archiepiscopi Colocensis, qui venerat ad Regiam Maiestatem pro petendo salario eiusdem domini Archiepiscopi, remisso cum ratione et solucione, pro expensis dati sunt fl. VIII.

Eodem die Spectabili et Magnifico domino Stephano de Bathor Regni Hungariae Palatino, ad rationem sallarii sui dati sunt fl. C.

Eodem die fratri Anthonio predicatori Regie Maiestatis ad usum suum, ad unam septimanam dedi fl. VII.

Eodem die Joanni Horwath dispensatori Reuerendi domini Joanni Cracowyczky oratoris Serenissimi principis domini Sigismundi Regis Polonie, ad conseruacionem coquine et equorum eiusdem, ad unam septimanam dati sunt fl. CXL.

Eodem die aprodianis et ruthenis Regie Maiestatis ad usum ipsorum, ad unam septimanam dedi fl. VII.

Eodem die emere feci lucernas quatuor, singulas lucernas per denarios viginti computando, et dedi ad manus aprodianorum Regie Maiestatis, in magna missa, coram sua Maiestate, in manibus eorundem arsuras d. LXXX.

Eodem die Laurencio Polyak, Vincencio, Vito, Joanni

Buday et alteri Joanni Marussy, Georgio et uni timpaniste Regie Maiestatis, ad usum ipsorum, ad unam septimanam dedi fl. VII.

Eodem die Matheo, Joanni, Blasio et Thome, specialibus capellanis Regie Maiestatis, ad usum ipsorum, ad unam septimanam dedi fl. IIII.

Eodem die ad manus Blasii viniferi Regie Maiestatis, pro emendis septem pintis malmatici, pro mensa sue Maiestatis, ad unam septimanam, singula pinta per denarios quadraginta octo computando, dedi fl. III. d. XXXVI.

Eodem die Joanni Ethiopi, Nicolao Chwza et alteri Joanni Marwssy cursoribus streparum Regie Maiestatis, ad usum ipsorum, ad unam septimanam dedi fl. III.

Eodem die ad manus Ladislai Dobrawyczky vice magistri agazonum Regie Maiestatis, pro emendis auenis ad conseruacionem equorum sue Maiestatis et prebendariorum eiusdem, quartalibus trecentis et sexaginta sex, singula quartalia per denarios sedecim computando, dati sunt fl. LVIII. d. LVI.

(*Június 6.*)

Item feria tercia proxima post festum penthecostes, Laurencio Polyak, Georgio, Vincencio, Vito, Joanni Buday et alteri Joanni Marwssy tibicinatoribus et uni timpaniste Regie Maiestatis, ad rationem seruiciorum suorum dati sunt fl. LXX.

Eodem die Thome prybek, qui venerat ad Regiam Maiestatem, pro petendo subsidio a sua Maiestate, ut expectet relacionem, pro expensis dedi fl. VIII.

Eodem die Joanni Nagh et Petro Porkolab seruitoribus Sebastiani Golley Capitanei mille nazadistarum Regie Maiestatis in Waradinopetri seruiencium, qui venerant ad suam Maiestatem pro impetrandis seruiciis domini sui, ut expectarent relacionem, pro expensis dedi fl. IIII.

Eodem die Valentino literato seruitori domini Marci Jaxyth aule Regie Maiestatis familiari, qui venerat ad Regiam Maiestatem, pro impetrandis seruiciis domini sui, ut expectaret relacionem, pro expensis dedi fl. II.

Eodem die emere feci lucernas quatuor, singulas lucernas per denarios vigintiquinque computando, et dedi ad manus

aprobianorum Regie Maiestatis, in magna missa coram sua Maiestate, in manibus eorundem arsuras fl. I.

Eodem die Stephano Besseney adolescenti Regie Maiestatis, ad rationem seruiciorum suorum dedi fl. 1.

Eodem die Emerico Bebek cubiculario Regie Maiestatis ; ad rationem seruiciorum suorum dedi fl. VI.

Eodem die Matheo fabro Regie Maiestatis ad rationem seruiciorum suorum dati sunt fl. XXXVIII.

Eodem die Nicolao Heresthieny aulico Regie Maiestatis, ad rationem seruiciorum suorum dedi fl. II.

Eodem die Luce Nesthe, Petro Nagh et Stephano Hewessy waydis, et aliis sociis ipsorum, nunciis mille nazadistarum Regie Maiestatis in Waradino petri seruiencium, qui venerant ad Regiam Maiestatem pro impetrandis seruiciis suis et nazadistarum, ut expectarent relacionem, pro expensis dedi fl. VI.

Eodem die Gregorio Zopchyth antecessori ferculorum Regie Maiestatis, ad rationem seruiciorum suorum dati sunt fl. XXV.

Eodem die Clementi Zenth Iwany cubiculario Regie Maiestatis, pro emendis duobus clipeis et duabus hastis Regie Maiestati, dedi fl. V. d. XL.

Eodem die Illustri domino Georgio marchioni Brandenburgensi, pro illis aureis quos Regie Maiestati mutuauerat, in auro dati sunt floreni sexagintaquatuor, singulos aureos per florenos duos et medium computando, faciunt fl. CLX.

(*Június 7.*)

Item feria quarta proxima post festum penthecostes, Joanni Pyleczky cubiculario Regie Maiestatis, ad rationem seruiciorum suorum dati sunt fl. X.

Eodem die Dwhek aulico Regie Maiestatis, ad rationem seruiciorum suorum dedi fl. V.

Eodem die Paulo Langenberger pannicida Budensi, pro rebus ab eodem ad facta Regie Maiestatis in credenciam leuatis, prout in regestro mercatorum continetur, soluti sunt fl. C.

Eodem die Casper Brewnuk bohemio, qui de Bohemia

ad Regiam Maiestatem venerat, iussu sue Maiestatis dati sunt fl. XXX.

Eodem die domine Ursule relicte condam Petri Halabri, Regie Maiestati pro expensis supplicanti, iussu sue Maiestatis dedi fl. V.

(*Június 8.*)

Item feria quinta post festum penthecostes, Anthonio Bosnyak adolescenti Regie Maiestatis, pro deferendis literis sue Maiestatis ad comitatus (*sic*) Mosoniensem, pro dieta festi beati Joannis baptiste in Hathwan celebranda, pro expensis et solucione currus kochy, dedi fl. VII.

Eodem die eidem domini Anthonio Bosnyak, ad racionem seruiciorum suorum dati sunt fl. XV.

Eodem die Gregorio Adoryan seruitori nostro cum literis Regie Maiestatis ad comitatus Solthensem, Bachensem et Walko, ut nobiles ad congregacionem in festo nativitatis beati Joannis baptiste celebrandam venire non debeant, misso, pro expensis et solucione currus kochy dati sunt fl. XVI.

Eodem die Joanni Selderff seruitori nostro, cum literis Regie Maiestatis ad comitatus Zoliensem, Lypthowiensem, Thwroz et Arwa, ut nobiles ad congregacionem in festo nativitatis beati Joannis baptiste in Hathwan celebrandam venire non debeant, misso, pro expensis et solucione currus kochy dati sunt fl. XX.

Eodem die Ambrosio literato seruitori nostro, cum literis Regie Maiestatis ad comitatus Pesthiensem, ut nobiles ad congregacionem in festo nativitatis beati Joannis baptiste celebrandam venire non debeant, misso, pro expensis dati fl. I.

Eodem die Blasio literato seruitori nostro, cum literis Regie Maiestatis ad regnum Sclauonie et comitatus Zaladiensis et Castroferrei, ut nobiles ad congregacionem festi nativitatis beati Joannis baptiste venire non debeant, misso, pro expensis et solucione currus Kichy dati sunt fl. XX.

Eodem die Michaeli Was, cum literis Regie Maiestatis ad comitatus Zolnok exteriorem et Bekes, ut nobiles ad congregacionem in festo nativitatis beati Joannis baptiste in

Hathwan celebrandam venire non debeant, misso, pro expensis dedi fl. IIII.

Eodem die Alexio Chaky aulico huzaroni Regie Maiestatis, qui venerat ad Regiam Maiestatem pro impetrandis seruiciis suis, ut expectet relacionem, pro expensis dedi fl. II.

Eodem die emere feci unam ligaturam papiri pro scribendis literis et regestris in factis Regie Maiestatis fl. II.

Eodem die Wanko Kolobrath adolescenti Regie Maiestatis, ad rationem seruiciorum suorum dedi fl. II.

Eodem die Nicolao Zalay seruitori Michaelis Kwnowyth castellani castri Batka, qui venerat ad Regiam Maiestatem pro impetrandis seruiciis domini sui, ut expectet relacionem, pro expensis dedi fl. II.

Eodem die emere feci papirum et incustum (*sic*) ac ceras rubeas, et misi ad manus Regie Maiestatis d. XXV.

Eodem die Mathie Klenoczky adolescenti Regie Maiestatis, ad rationem seruiciorum suorum dedi fl. II.

Eodem die Sigismundo seruitori Gregorii Zalkowyth castelleni castri Bwsan Oztrowycza, qui venerat ad Regiam Maiestatem pro impetrandis seruiciis domini sui, ut expectet relacionem, pro expensis dedi fl. II.

Eodem die Nicolao Gothal seruitori Joannis Golecz castellani castri Repach, qui venerat ad Regiam Maiestatem pro impetrandis seruiciis domini sui, ut expectet relacionem, pro expensis dedi fl. IIII.

Eodem die Joanni Pook cubiculario Regie Maiestatis, in certis rebus et negociis Maiestatis sue in Morauiam misso, pro expensis dati sunt fl. L.

Eodem die Timotheo armipolitori Regie Maiestatis, pro emendis diuersis armis sue Maiestati Wiennam misso, dati sunt fl. CLXXII.

(*Június 9.*)

Item feria sexta proxima ante festum sancte et indiuidue Trinitatis, emere feci de thaffotha veneciana ulnas decem, et de damasco ulnas duas, pro disponenda una ioppa Regie Maiestati, et de sindone pro subduccione eiusdem et de filis sericeis fl. XV. d. LXXXX.

Eodem die emere feci de panno stannetho ulnas tres et media, et misi ad manus Regie Maiestatis, medio Joannis Lezetha cubicularii sue Maiestatis fl. VII.

Eodem die magistro Michaeli Raychinger, pro precio unius organi Regie Maiestati ab eodem empti, dati sunt fl. CLXXX.

Eodem die Emerico Bebek secretario Regie Maiestatis, cum literis sue Maiestatis et certis nunciis ad dominum wayuodam Transsiluanensem Transsiluaniam misso, proexpensis et solucione curriferorum kochy dati sunt fl. CXX.

Eodem die Gregorio Kerezthwry seruatori nostro, cum literis Regie Maiestatis ad dominum Ladislaum More ad Pallotha, ad vocandum eundem ad suam Maiestatem misso, pro expensis et solucione currus kochy dedi fl. VI.

Eodem die Magnifico domino Francisco de Batthyau Bano Regni Croacie, ad racionem sallarii sui, medio Anthonii Nagh seruatoris sui, dati sunt fl. XLVI.

Eodem die Francisco Bodo alias castellano castri Batka ad racionem sallarii sui deseruiti dati sunt fl. CCC.

(*Június 10.*)

Item sabbato proximo ante festum sancte et indiuidue Trinitatis, Stephano Maylad dispensatori Regie Maiestatis, pro emendis speciebus ad conseruacionem coquine sue Maiestatis dati sunt fl. LX.

Eodem die Georgio Sapka secretario Regie Maiestatis, per suam Maiestatem in certis rebus et negociis Maiestatis sue ad Olomocz misso, pro expensis dati sunt fl. XL.

Eodem die Radych Bossyth Capitaneo mille nazadistarum Regie Maiestatis in Waradino petri seruiencium, qui venerat ad suam Maiestatem pro impetrandis seruiciis suis, ut expectet relacionem, pro expensis dati sunt fl. XX.

Eodem die ad manus magistri Alberti rectoris Capelle Regie Maiestatis, pro emendis lucernis et candalis ad unam septimanam, pro Capella sue Maiestatis, ac oleo oliue ad lampadem in eadem Capella Maiestatis sue continue ardentem, dedi fl. III. d. XXV.

Eodem die ad manus Nicolai· rutheni Regie Maiestatis,

pro emendis lucernis et candelis pro domibus sue Maiestatis dedi fl. III. d. XXXIIII.

(*Június 11.*)

Item die dominico in festo sancte et indiuidue Trinitatis, Stephano Maylad dispensatori Regie Maiestatis ad conservacionem coquinarum sue Maiestatis dati sunt fl. XXII.

Eodem die Benedicto rutheno Regie Maiestatis, ad usum suum dedi fl. I.

Eodem die duobus pauperibus Regie Maiestatis, ad usum ipsorum dedi fl. I.

Eodem die Luce Nesthe, Petro Nagh et Stephano Hewessy waydis, et aliis sociis ipsorum, nunciis mille nazadistarum Regie Maiestatis in Waradinopetri seruiencium, qui venerant ad Regiam Maiestatem pro impetrandis seruiciis nazadistarum, ut expectent relacionem, pro expensis dedi fl. VI.

Eodem die Nicolao rutheno Regie Maiestatis ad conservacionem auium sue Maiestatis dedi fl. I.

Eodem die Joanni Chypsyth et alteri Joanni Wladykowith, seruitoribus domini Joannis Torquati comitis Corbauie alias Bani Regni Croacie, qui venerant ad Regiam Maiestatem pro impetrandis sallariis domini ipsorum deseruitis, ut expectent relacionem, pro expensis dati sunt fl. VIII.

Eodem die Joanni Nagh et Petro Porkolab seruitoribus Sebastiani Golley Capitanei mille nazadistarum Regie Maiestatis in Waradinopetri seruiencium, qui venerant ad suam Maiestatem pro impetrandis seruiciis dominis ipsorum, ut expectarent relacionem, pro expensis dedi fl. IIII.

Eodem die domine Anne relicte condam Mathie Deesi et Margarethe Haburky (?), qui venerant ad Regiam Maiestatem pro impetrandis seruiciis dominis et maratis ipsorum deseruitis, remissis cum relacione, pro expensis dati sunt fl. XX.

Eodem die Petro Haydw Capitaneo centum peditum Klysiensium et Gaspar Psynychyth iudici de Klyz, qui venerant ad Regiam Maiestatem pro impetrandis seruiciis eorumdem peditum, ut expectarent relacionem, pro expensis dedi fl. IIII.

Eodem die Gregorio Sos castellano castri Batka, qui

venerat ad Régiam Maiestatem pro impetrandis seruiciis suis, ut expectaret relacionem, pro expensis dedi fl. V.

Eodem die Nicolao Heresthieny aulico Regie Maiestatis ad racionem seruiciorum suorum dedi fl. I.

Eodem die Francisco Mosso lotori vestimentorum Regie Maiestatis, ad racionem seruiciorum suorum dedi fl. II.

Eodem die Anthonio Remethe Capitaneo peditum de Sebes, qui venerat ad Regiam Maiestatem pro impetrandis seruiciis peditum, ut expectaret relacionem, pro expensis dedi fl. X.

Eodem die scolaribus quinque scolarum Regiam Maiestatem recordantibus, iussu sue Maiestatis, pro recordacione dedi fl. I.

Eodem die Ladislao Kwn seruitori nostro, cum literis Regie Maiestatis ad dominos Gaspar de Raska et Emericum Chybak comites Themesienses, ut ad congregacionem in Hathewan celebrandam venire non debeant, ad Themeswar misso, pro expensis et solucione currus kochy dati sunt fl. X.

Eodem die agazonibus et vectoribus curruum Regie Maiestatis, tam hungarum quam alemanis, ad usum ipsorum dati sunt fl. XXXVIII.

Eodem die magistro Joanni seripar, pro reformatione unius pixidis manualis Regie Maiestatis confacti, dedi d. XXV.

Eodem die Joanni Zaylyz alias aulico Regie Maiestatis ad racionem seruiciorum suorum deseruitorum dati sunt fl. XXX.

Eodem die Jane Byessyn alias aulico Regie Maiestatis racione seruiciorum suorum deseruitorum dati sunt fl. XX.

Eodem die domino Michaeli Emreffy aule Regie Maiestatis familiari, ad racionem seruiciorum suorum dati sunt fl. C.

*(Június 12.)*

Item feria secunda post festum sancte et indiuidue Trinitatis, Benedicto rutheno Regie Maiestatis, pro seruiciis que facit continuo et facere habet in rebus et negotiis Maiestatis sue, dati sunt fl. X.

Eodem die fratri Anthonio predicatori Regie Maiestatis, ad usum suum ad unam septimanam dedi fl. VII.

Eodem die aprodianis et ruthenis Regie Maiestatis ad usum ipsorum, ad unam septimanam dati sunt fl. XI.

Eodem die Joanni Horwath dispensatori Reuerendi domini Joannis Carabwczky Prepositi Scabirmiensis, oratoris Serenissimi principis domini Sigismundi Regis Polonie, ad conseruacionem coquine et equorum eiusdem dati sunt fl. CXL

Eodem die subscriptis adolescentibus Regie Maiestatis ad racionem seruiciorum suorum distribute sunt pecunie modo subscripto :

Petro Was fl. VI.

Gregorio Thapolczay fl. VI.

Demetrio de Assonfalwa fl. IIII.

Sebastiano Fodor fl. V.

Francisco Bornemiza fl. VI.

Thome Zopka fl. III.

Eodem die Joanni Ethiopi, alteri Joanni Marya et Nicolao Chwza cursoribus streparum Regie Maiestatis, ad usum psorum ad unam septimanam dedi fl. III.

Eodem die Matheo, Joanni, Blasio et Thome specialibus capellanis Regie Maiestatis, ad usum ipsorum, ad unam septimanam dedi fl. III.

Eodem die ad manus Blasii viniferi Regie Maiestatis, pro emendis septem pintis malmatici, pro mensa sue Maiestatis, ad unam septimanam, singula pinta per denarios quadraginta octo computando, dedi fl. III. d. XXXVI.

Eodem die Georgio Kaydachy cubiculario sue Maiestatis ad racionem seruiciorum suorum dati sunt fl. X.

Eodem die Clementi Zenth Iwany cubiculario Regie Maiestatis, pro redempcione unius cinguli sue Maiestatis de thaffotha facti cum nodulis auratis, dedi fl. III.

Eodem die Nicolao seruitori nostro, cum literis Regie Maiestatis ad dominos Thomam Zeechy, Ladislaus de Kanisa et Petrum Erdewdy, ad vocandum eosdem ad congregacionem festi nativitatis beati Joannis baptiste in Hathwan celebrandam misso, pro expensis dati sunt fl. X.

Eodem die Balthasar literato seruitorи nostro, cum lite-

ris Regie Maiestatis ad Jacobum Thornaly comitem camerarum salium Transsiluanensium, ad vocandum eundem ad suam Maiestatem, pro expensis et solucione currus kochy dedi fl. V.

Eodem die Mathie Klenoczky adolescenti Regie Maiestatis, cum literis sue Maiestatis ad dominum Gabrielem de Peren, Anthonium de Palocz, Franciscum de Homona et Joannem Bebek, ad vocandum eosdem ad congregacionem festi nativitatis beati Joannis baptiste in Hathwan celebrandam, misso, pro expensis dati sunt fl. XIII.

Eodem die Stephano seruitori Joannis Wythez de Kalllo, qui literas Regie Maiestatis ad dominos Joannem Dragffy et Andream de Bathor, ut ad congregacionem festi nativitatis beati Joannis baptiste in Hathwan celebrandam venire debent, misso (*sic*), pro expensis dati sunt fl. II.

Eodem die Nicolao seruitori nostro cum literis Regie Maiestatis ad dominos Episcopum Waciensem et Franciscum Orzag, ad vocandos eosdem ad congregacionem festi nativitatis beati Joannis baptiste in Hathwan celebrandam misso, pro expensis et solucione currus kochy dati sunt fl. VI.

Eodem die Georgio Zenthishwani adolescenti Regie Maiestatis, cum literis sue Maiestatis ad dominos Petrum de Peren et Valentimum Therek, ad vocandum eosdem ad congregacionem festi nativitatis beati Joannis baptiste in Hathwan celebrandam misso, pro expensis dati sunt fl. VIII.

Eodem die Francisco literato seruitori nostro, cum literis sue Maiestatis ad dominum Laurencium Prepositum ecclesie Albensis, ut se prepararet ad iter usque Zagrabiam, cum Reuerendissimo domino Laurencio cardinali et oratore Summi Pontificis, misso, pro expensis et solucione currus kochy dedi fl. IIII.

(*Június 13.*)

Item feria tercia proxima post festum sancte et indiuidue Trinitatis, Stephano Maylad dispensatori Regie Maiestatis, ad conseruacionem coquinarum sue Maiestatis dati sunt fl. XLVIII.

Eodem die Michaeli Podmanyczky Capitaneo aulicorum

hungarorum armigerorum Regie Maiestatis, ad rationem seruiciorum suorum dati sunt fl. CC.

Eodem die emere feci de panno scarlatico ulnas decem, et dedi ad manus magistri Ladislai sartoris Regie Maiestatis, pro faciendis veste et subycza sue Maiestati, singulas ulnas per florenos duodecim computando, faciunt fl. CXX.

Eodem die emere feci de attlasio ulnas sex, singulas ulnas per florenos tres et denarios vigintiquinque, et de thaf-fotha veneciana ulnas tredecim, pro florenis decem denariis quadraginta, de panno stannetho ulnas tres cum media pro florenis septem, et de sindone ulnas quatuor, et de coreo pro subductura caligarum Maiestatis sue florenis duobus denariis viginti octo, et dedi ad manus magistri Jacobi sartoris Maiestatis sue, pro faciendis ioppa et caligis Maiestati sue, qui simul positi faciunt fl. XXXVIII. d. XVIII.

Eodem die Joanni presbitero bohemо decano Caltmensi (?) et capellano Regie Maiestatis in Capella Pragensi seruenti, qui venerat ad suam Maiestatem de conseruacione fidei, remisso cum relacione, pro expensis dati sunt fl. XVI.

Eodem die Magistro Jacobo pictori Regie Maiestatis ad rationem seruiciorum suorum dedi fl. V.

Eodem die ad manus Ladislai Dobrawyczky vice magistri agazonum Regie Maiestatis, pro emendis auenis ad conseruacionem equorum Maiestatis sue et prebendariorum eiusdem, quartalibus trecentis et sexagintasex, singula quartalia per denarios sedecim computando, dati sunt fl. LVIII. d. LVI.

Eodem die ad manus eiusdem Ladislai Dobrawyczky vice magistri agazonum Regie Maiestatis, pro renouandis frenis et sellis, ac aliis pertinenciis equis sue Maiestatis necessariis, dati sunt fl. XXV.

(*Június 14.*)

Item feria quarta in profesto sacratissimi corporis Christi, Stephano Maylad dispensatori Regie Maiestatis ad conseruacionem coquinarum sue Maiestetis dati sunt fl. XXII.

Eodem die Domino Petro de Peren ad rationem sallarii sui, racione conseruacionis sacre corone dati sunt fl. CC.

Eodem die Anthonio Bosnyak adolescenti Regie Maie-

statis, ad dominum waywodam Transsiluanensem misso, pro expensis et solucione currus kochy dati sunt fl. XL.

Eodem die domino Mathie de Barach priori Auraneo, pro subsidio, iussu Regie Maiestatis, dati sunt fl. XXXII.

Eodem die Benedicto rutheno Regie Maiestatis, pro emendis securibus, claviculis et funibus et aliis diuersis rebus pro reparacione solii, ubi sua Maiestas processionem die crastina inspicere habet, dedi fl. III. d. X.

Eodem die emere feci lucernas quatuor, et dedi ad manus aprodianorum Regie Maiestatis, tempore vesperarum, coram sua Maiestate in Capella sue Maiestatis, in manibus eorundem arsuras, singulas lucernas per denarios viginti quinque computando, fl. I.

Eodem die magistro Alberto rectori Capelle Regie Maiestatis, pro emendo thure pro fumigando Sacramento in processione, dedi f. d. XXV.

Eodem die Benedicto Piry, Sigismundo Bey, Staczko, Stephano Nesky, Christofero Horwath, Georgio Herkowith Mathyoczky, Michaeli Terpe, Strempeyl, Paris, Jani, aprodianis Regie Maiestatis, pro emendis calceamentis et camisiis, cuilibet per denarios quadraginta octo, dedi fl. V. d. XXVIII.

(*Június 15.*)

Item feria quinta in festo sacratissimi Corporis Christi Stephano Maylad dispensatori coquinarum sue Maiestatis dati sunt fl. XXII.

Eodem die emere feci de sindone peciam unam florenis quatuor, et de thaffotha rasciana ulnas quinquaginta florenis vigintiquinque, ad ornanda illa instrumenta lignea, super que reliquie sanctorum et cruces atque imagines argenteae deaurate Capelle Regie Maiestatis in festivitate huius diei deferri debuerunt; ad colligandas vero huiusmodi reliquias et cruces atque imagines emere feci de byssso ulnas septuaginta pro florenis quatuordecim, et dedi ad manus Magnifici domini Petri Korlathkewy magistri curie Regie Maiestatis, qui faciunt fl. XLIII.

Eodem die ad manus magistri Andree sartoris Regie Maiestatis, pro emendis diuersa genera crinalium et flores ad

spargendum ante Sacramentum, in processione hodierne festiuitatis more solito, dedi fl. I.

Eodem die emere feci candelas albas quatuor pro Capella Regie Maiestatis, pro solemnitate hodierne festiuitatis, singulas candelas per denarios quinquaginta octo computando, faciunt fl. II. d. XXXII.

Eodem die emere feci lucernas sex, singulas lucernas per denarios vigintiquinque, et dedi ad manus aprodianorum Regie Maiestatis, tempore magne misse in manibus eorundem arsuras fl. II.

Eodem die emere feci lucernas quatuordecim, in processione huius festiuitatis in manibus aprodianorum Regie Maiestatis ante Sacramentum arsuras, singulas lucernas per denarios vigintiquinque computando, faciunt fl. IIII.

Eodem die Joanni Mathyoczky dapifero Regie Maiestatis, ad rationem seruiciorum suorum dati sunt fl. XX.

Eodem die Nicolao Jeranth cubiculario Regie Maiestatis, ad rationem seruiciorum suorum dedi fl. X.

Eodem die Gaspar seruitori domini Episcopi Segniensis, qui venerat ad Regiam Maiestatem cum certis nouitatibus a domino suo, remisso cum relacione, pro expensis dedi fl. VIII.

Eodem die Sigismundo seruitori Gregorii Zalkowyth castellani Bwsan Oztrowycza, qui venerat ad Regiam Maiestatem pro impetrandis seruiciis domini sui, ut expectaret relationem, pro expensis dedi fl. II.

Eodem die Thome prybek, qui venerat ad Regiam Maiestatem pro illis bonis eidem per suam Maiestatem datis, ut expectet relationem, pro expensis dedi fl. II.

Eodem die Gregorio Kerezthwry seruitori nostro, cum literis preceptorii et exhibitoriis Regie Maiestatis ad Capitulum Albense, ut idem Capitulum literas preceptorias sue Maiestatis domino Ladislao More et consorti sue presentare debeat, pro apportandis literis priuilegialibus de bonis condam domini Laurencii ducis, misso, pro expensis et solucione currus kochy dedi fl. VII.

Eodem die ad manus Gregorii seruitoris Stephani Maylad dispensatoris Regie Maiestatis, pro emendo vino ad cibaria sue Maiestatis dedi fl. II. d. LXXXVIII,

Eodem die ad manus Georgii clauigeri Regie Maiestatis, pro emendo vino ad mensam sue Maiestatis dedi fl. IIII. d. XXIII.

Eodem die dapiferis Regie Maiestatis, pro prebenda eorum vinali dedi ad tres dies fl. VI. d. LXXII.

Eodem die cubiculariis Regie Maiestatis pro prebenda eorum vinali dedi fl. III. d. LXXXIII.

Eodem die magistris cocis Regie Maiestatis pro prebenda eorum vinali dedi fl. III. d. XXXVI.

Eodem die Staphano Maylad dispensatori Regie Maiestatis pro vino dedi fl. I. d. LXXXII.

Eodem die Joanni Harami lotori scutellarum Regie Maiestatis et Gregorio ianitori coquine sue Maiestatis, pro vino dedi d. LXXXVI.

Eodem die Marco Minoczky thauernico Regie Maiestatis pro vino dedi d. XLVIII.

Eodem die emere feci lucernas quatuor, et dedi ad manus aprodianorum Regie Maiestatis, tempore vesperarum, coram sua Maiestate, in manibus eorundem arsuras fl. I.

Eodem die Stephano Branchyth wayde de Batka, Benedicto de Rahafalwa, Urbano Monostori peditibus de Batka, qui venerant ad Regiam Maiestatem, pro petendo subsidio a sua Maiestate, remissis cum relacione, pro expensis dati sunt floreni quindecim, pro vestitura vero ipsorum dedi florenos decem, qui faciunt fl. XXV.

Eodem die Luce Nesthe, Petro Nagh et Stephano Hewessy waydis et aliis sociis ipsorum, nunciis mille nazadistarum Regie Maiestatis in Waradinopetri seruicium, qui venerant ad suam Maiestatem pro impetrandis seruiciis suis et nazadistarum, ut expectarent relacionem, pro expensis dedi fl. VI.

Eodem die Joanni Chypsyth et Ladislao Wladiskowyth seruitoribus domini Joannis Torquati comitis Corbauie alias Bani Regni Croacie, qui venerant ad Regiam Maiestatem pro impetrandis sallariis domini ipsorum deseruitis, remissis cum relacione, pro expensis dati sunt fl. L.

Eodem die Petro Porkolab et Joanni Nagh seruitoribus Sebastiani Gelly Capitanei mille nazadistarum Regie Maie-

statis in Waradinopetri seruiencium, qui venerant ad suam Maiestatem pro impetrandis seruiciis domini ipsorum, ut expectarent relacionem, pro expensis dedi fl. IIII.

Eodem die Georgio Kaydachy cubiculario Regie Maiestatis, cum literis sue Maiestatis ad comitatum de Baronya, ut uniuersitas nobilium ad congregacionem festi nativitatis beati Joannis baptiste in Hathwan celebrandam venire non debeant, misso, pro expensis dati sunt fl. XVI.

Eodem die Ladislao Pestheni aulico Regie Maiestatis, ad racionem seruiciorum suorum dedi fl. IIII.

(*Június 16.*)

Item feria sexta proxima post festum sacratissimi corporis Christi, Stephano Maylad dispensatori Regie Maiestatis, ad conseruacionem coquinarum sue Maiestatis dati sunt fl. XXXII. d. LXXXII.

Eodem die ad manus Blasii viniferi Regie Maiestatis, pro emendo uno vasculo cereuisie ad mensam sue Maiestatis dedi fl. IIII.

Eodem die uniuersis ruthenis Regie Maiestatis, pro subsidio ipsorum dedi fl. IIII.

Eodem die magistro Wolfgango organiste Regie Maiestatis ad racionem seruiciorum suorum dati sunt fl. XXV.

Eodem die ad manus Regie Maiestatis, medio Melchioris Warkoch dapiferi sue Maiestatis, misi fl. X.

Eodem die Joanni Haynal cubiculario Regie Maiestatis infirmo ad racionem seruiciorum suorum dati sunt fl. X.

Eodem die Valentino literato seruitoru domini Marci Jaxyth aule Regie Maiestatis familiaris, qui venerat ad Regiam Maiestatem pro petendis seruiciis domini sui, ut expectaret relacionem, pro expensis dedi fl. II.

Eodem die Marco literato cubiculario Regie Maiestatis, cum literis sue Maiestatis ad comitatus Tholnensem, Simgiensem et Zaladiensem, ut eosdem descendere faciat, ne ad congregacionem festi nativitatis beati Joannis baptiste in Hathwan celebrandam venire debeant, misso, pro expensis dedi fl. XXV.

Eodem die emere feci de veluto nigro ulnas quadra-

ginta, pro florenis ducentis, et octo cupas argenteas deauratas, ponderantes argenti marcas trigintanouem pisetas vigintiquatuor, et dedi Reuerendissimo domino Laurencio cardinali legato oratori Summi Pontificis, qui venerat ad Regiam Maiestatem in certis rebus huius Regni, presertim de indulgenciis iubilei, pro eius remuneracione, singulas inarcas per florenos vigintiquinque cum medio computando, faciunt florenos mille septem denarios vigintiquinque, qui simul positi faciunt fl. MCCVII. d. XXV.

(*Június 17.*)

Item sabbato post festum corporis Christi, Stephano Maylad dispensatori Regie Maiestatis ad conseruacionem coquinarum sue Maiestatis dati sunt fl. **XXII.**

Eodem die eidem Stephano Maylad pro emendis speciebus ad conseruacionem coquine sue Maiestatis dati sunt fl. **LX**

Eodem die Dragus nuncio domini wayde Moldauiensis, qui venerat ad Regiam Maiestatem in certis rebus et negociis domini sui, ut expectaret relacionem, ad conseruacionem coquine et equorum eiusdem dati sunt fl. **L.**

Eodem die Alexio Chaky aulico huzaroni Regie Maiestatis, ad rationem seruiciorum suorum dedi fl. **II.**

Eodem die fratri Thome Bosnyak aulico huzaroni Regie Maiestatis, ad rationem seruiciorum suorum dedi fl. **II.**

Eodem die Nicolao castellano de Ztarygrad, qui venerat ad Regiam Maiestatem pro impetrandis seruiciis suis, ut expectaret relacionem, pro expensis dedi fl. **II.**

Eodem die Luce Wladysyth aulico huzaroni Regie Maiestatis, ad rationem seruiciorum suorum dedi fl. **II.**

Eodem die Nicolao seruatori Michaelis Kwnowyth castellani castri Batka, qui venerat ad Regiam Maiestatem pro impetrandis seruiciis domini sui, ut expectet relacionem pro expensis dedi fl. **II.**

Eodem die Francisco Mosso lotori vestimentorum Regie Maiestatis, ad rationem seruiciorum suorum dedi fl. **II.**

Eodem die Sigismundo seruatori Gregorii Zalkowyth castellani castri Bwsan Oztrowycza, qui venerat ad Regiam

Maiestatem pro impetrandis seruiciis domini sui, ut expectaret relacionem, pro expensis dedi fl. II.

Eodem die Laurencio literato seruitori nostro, cum literis Regie Maiestatis Reuerendissimo domino Simoni Episcopo Zagrabiensi sonantibus, post Reuerendissimum dominum Laurencium cardinalem oratorem Summi Pontificis misso, pro expensis dedi fl. II.

Eodem die emere feci duas cupas argenteas deauratas, continentes marcas decem pisetas quadragintas duas et dedi Generose domine consorti Spectabilis et Magnifici domini Stephani de Bathor Regni Hungarie Palatini, iussu sue Maiestatis, pro eius remuneracione, singulas marcas per florenos vigintisex denarios quadraginta computando, faciunt fl. CCLXXXVII. d. X.

Eodem die magistro Alberto directori causarum Regie *i.* Maiestatis, ad rationem sallarii sui dati sunt fl. XXV.

Eodem die Ladislo Pesthieni et Marchinkoni aulicis Regie Maiestatis, ad Capitaneos duorum milium peditum bohemorum in Zenthendre existencium, ut iidem pedites iobagionibus Maiestatis sue damnum inferre non debeant, missis, pro expensis dedi fl. V.

Eodem die emere feci de damasco albo ulnas septem, singulas ulnas per florenos quatuor computando, faciunt florenos vigintiocto, et de thaffotha veneciana ulnas decem pro florenis octo, et de sindone ulnas quatuor floreno uno, de serico et corigiis caligarum denariis quinquaginta, de panno stanetho ulnas tres cum media unacum rasura florenis septem denariis vigintiquatuor, cutes vero pro subductura caligarum pro floreno uno, pro faciendis caligis et ioppis Regie Maiestatis, qui simul positi faciunt fl. XLV. d. LXXIII.

Eodem die Emerico seruitori domini Francisci comitis de Sancto Georgio et de Bozyn, qui venerat ad Regiam Maiestatem in certis rebus et negotiis domini sui, ut expectaret relacionem, pro expensis dedi fl. X.

Eodem die Thanner alemano, de propria commissione Regie Maiestatis dati sunt fl. C.

Eodem die Joanni Pyleczky cubiculario Regie Maiestatis, ad rationem seruiciorum suorum dedi fl. V.

Eodem die Thome Podwynnay seruitori Reuerendissimi domini Archiepiscopi Colocensis, qui venerat ad Regiam Maiestatem pro petendis sallariis domini sui, ut expectaret relacionem, pro expensis dati sunt fl. XVI.

Eodem die Emerico literato seruitori Radych, qui relicitus erat pro solucione seruiciorum domini sui, ut expectet relacionem, pro expensis dedi fl. III.

Eodem die Georgio Soos castellano castri Batka, qui venerat ad Regiam Maiestatem pro petendis seruiciis suis, ut expectaretolucionem, pro expensis dedi fl. III.

Eodem die Anthonio Remethe et Thome Horvath Capitanis trecentorum peditum in Karansebes seruicium, qui venerant ad Regiam Maiestatem pro impetrandis seruiciis eorundem peditum, ut expectent relacionem, pro expensis dedi fl. VI.

Eodem die Nicolao seruitori Joannis Golecz castellani castri de Repach, qui venerat ad Regiam Maiestatem pro impetrandis seruiciis domini sui, ut expectet relacionem, pro expensis dedi fl. III.

Eodem die Thadeo interpreti literarum rascianarum Regie Maiestatis, ad rationem seruiciorum suorum dedi fl. V.

Eodem die Alberto Boltha aulico Regie Maiestatis huzaroni, ad rationem seruiciorum suorum dedi fl. II.

Eodem die Anthonio Naghi seruitori Magnifici domini Francisci de Batthyan Bani Regni Croacie, qui veneret ad Regiam Maiestatem pro impetrandis seruiciis domini sui, ut expectet relacionem, pro expensis dedi fl. VIII.

Eodem die Urbano Dobos nuncio peditum in Themeswar seruicium, qui venerat ad Regiam Maiestatem pro impetrandis seruiciis eorundem peditum, ut expectet relacionem, pro expensis dedi fl. II.

Eodem die ad manus magistri Alberti rectoris Capelle Regie Maiestatis, pro emendis lucernis et candelis, ad unam septimanam, quo Capella sue Maiestati ac de oleo oliue in eadem Capella sue Maiestatis continue ardentem dedi fl. III. d. XXV.

Eodem die ad manus Nicolai rutheni Regie Maiestatis,

pro lucernis et candelis paruis, ad unam septimanam, pro domibus sue Maiestatis, dedi fl. III. d. XXVIII.

(*Június 18.*)

Item die dominico proximo post festum corporis Christi, Stephano Maylad dispensatori Regie Maiestatis, ad conseruacionem coquinarum sue Maiestatis dati sunt fl. XLII.

Eodem die agazonibus et vectoribus curruum Regie Maiestatis, tam hungaris quam alemanis, ad usum ipsorum, ad unam septimanam dati sunt fl. XXXVIII.

Eodem fratri Anthonio predicatori Regie Maiestatis ad usum suum dedi fl. VII.

Eodem die Laurencio Polyak, Vito, Vincencio, Joanni Buday et alteri Joanni Marwssy, Georgio tubicinatoribus et uni timpaniste Regie Maiestatis, ad usum ipsorum ad unam septimanam dedi fl. VII.

Eodem die aprodianis et ruthenis Regie Maiestatis ad usum ipsorum ad unam septimanam dedi fl. XI.

Eodem die Joanni Ethiopi, Nicolao Chwza et alteri Joanni Maryay cursoribus stregarum Regie Maiestatis ad usum ipsorum ad unam septimanam dedi fl. III.

Eodem die Benedicto rutheno Regie Maiestatis ad usum suum dedi fl. I.

Eodem die Matheo, Blasio, Joanni et Thome, specialibus capellanis Regie Maiestatis ad usum ipsorum, ad unam septimanam dedi fl. IIII.

Eodem die ad manus Blasii viniferi Regie Maiestatis, pro emendis septem pintis malmatici, ad unam septimanam, pro mensa sue Maiestatis, singula pinta per denarios quadraginta octo computando, dedi fl. III. d. XXXVI.

Eodem die duobus pauperibus Regie Maiestatis ad usum ipsorum dedi fl. I.

Eodem die Nicolao rutheno Regie Maiestatis ad conseruacionem auium sue Maiestatis dedi fl. I.

Eodem die Luce Nesthe, Petro Nagh, Stephano Hewessy, Petro Rach waydis et aliis sociis ipsorum, nunciis mille nazadistarum Regie Maiestatis in Waradinopetri seruicium, qui venerant ad Regiam Maiestatem pro impetrandis ser-

uiciis suis et nazadistarum, ut expectarent relacionem, pro expensis dati sunt fl. X.

Eodem die Joanni Cheredy seruitori nostro, cum literis Regie Maiestatis ad uniuersitatem Saxonum Transsiluanensium, pro petendis ab eisdem censem beati Martini Episcopi proxime venturum, Cibinium misso, pro expensis et solucione currus kochy dati sunt fl. C.

Eodem die Gregorio seruitori domini Stephani Maylad, pro emendo vino ad cibaria Regie Maiestati, ad unam septimanam dedi fl. VIII. d. III.

Eodem die cubiculariis Regie Maiestatis, pro prebenda eorum vinali ad unam septimanam dedi fl. VIII. d. LXXXVII.

Eodem die dapiferis Regie Maiestatis, pro prebenda eorum vinali ad unam septimanam dedi fl. XIII. d. XLIII.

Eodem die cocis Regie Maiestatis, pro prebenda eorum vinali ad unam septimanam dedi fl. VII. d. LXXXIII.

Eodem die Stephano Maylad dispensatori Regie Maiestatis, pro prebenda vinali dedi fl. III. d. XLVIII.

Eodem die Joanni Harami lotori scutellarum Regie Maiestatis et Joanni literato ianitori coquine sue Maiestatis, pro prebenda eorum vinali ad unam septimanam dedi fl. II. d. XXIII.

Eodem die Marco Minoczky thauernico Regie Maiestatis, pro prebenda vinali ad unam septimanam dedi fl. I. d. XII.

Eodem die Andree Jaychmyk presbitero, Regie Maiestati ad primicias suas supplicant, iussu sue Maiestatis dati sunt fl. XX.

Eodem die Demetrio Danch dapifero Regie Maiestatis ad racionem seruiciorum suorum dati sunt fl. X.

Eodem die Augustino Hispano princernario Reginalis Maiestatis, iussu Regie Maiestatis dati sunt fl. X.

Eodem die Paulyzkoni aulico huzaroni Regie Maiestatis ad racionem seruiciorum suorum dedi fl. VI.

Eodem die emere feci de sindone peciam unam, pro faciendis mensalibus et manutergiis pro mensa Regie Maiestatis, et dedi ad manus Nicolai Chwezka cubicularii sue Maiestatis fl. VIII.

Eodem die emere feci de thaffotha rasciana ulnas decem ad scutellas Regie Maiestatis, et dedi ad manus Nicolai Chwczka cubicularii sue Maiestatis fl. IIII.

Eodem die emere feci vitra cristallina duodecim, florenis sex, et cultellos in una vagina existentes duodecim, pro mensa Regie Maiestatis, et dedi ad manus eiusdem Nicolai Chwczka cubicularii sue Maiestatis fl. VIII.

Eodem die emere feci lucernas quatuordecim florenis tribus cum medio, et candelas paruas octo denariis quadraginta octo, ob quarum lumine sua Maiestas coreas exercere habuit, fl. III. d. LXXXVIII.

Eodem die Michaeli Orros, Elie Gombos, Stephano Tholway, Matheo Ormanhydy, Michaeli Bereczkffy, alteri Michaeli Iffyw magistris cocis Regie Maiestatis, ad rationem seruiciorum suorum dati sunt fl. XXXVI.

Eodem die emere feci unam ligaturam papiri, pro scribendis literis et regestris in factis Regie Maiestatis fl. II.

Eodem die ad manus Blasii viniferi Regie Maiestatis, pro emendo vine ad celebracionem nupcie in castro Budensi facte, date sunt fl. X. d. LXXX.

(*Június 19.*)

Item feria secunda proxima post festum corporis Christi, Stephano Maylad dispensatori Regie Maiestatis ad conseruacionem coquinarum sue Maiestatis, ex quo eciam sua Maiestas eo die certos hospites habuit, dati sunt fl. XXXVIII.

Eodem die Joanni Horwath dispensatori Reuerendi Joannis Carnbowsky Cracoviensis et Prepositi Scarbirimiensis oratoris serenissimi principis domini Sigismundi Regis Polonie, ad conseruacionem coquine et equorum eiusdem, ad unam septimanam dati sunt fl. CXL.

